Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Binae regula, sive documenta S. Bernardi, ad religiosam perfectionem expedite consequentia pentiles

urn:nbn:de:bsz:31-127475

Visual Library

bijs te certifices.

13.° Quicqd poteris in armariolo mentis reponere ſatage, ſicut cupiens vas implere.

14.° Altiora te ne quæſieris. Illa ſequens veſtigia, frondes et fructg, in vineā Dni Sabaoth vtiles, quamdiu vitā humeris proferes ac produces. Hæc ſi ſectatg fueris, ad id attingere poteris, quod affectas.

Binæ Regulæ, ſiue documenta S. Bernardi, ad Religioſā perfectionē expeditè cōſequendā perutiles.

Si plenè vis aſſequi quod intendis, duo ſunt tibi neceſſaria. Primū est, vt ſubtrahas te ab oibg tranſitorijs rebg cū terrenis, vt nihil de eis cures, ac ſi nō eſſent. Secundū, vt ita te des Deo, vt nihil facias vel dicas, niſi quod firmiter credideris Deo placere.

Primū aſſequeris hoc modo.

1.° Omnibg modis quibg potes, te vilifica, te nihil reputando eſſe, ſed credas oēs hoēs eē bonos et meliores te, magisq placere Deo.

2.° Quæcunq audis vel vides in Religioſis perſonis, puta bona intentione dici vel fieri, etiamſi cōtraria

Videantur. Nam humana ſuſpicio facile fallitur.

3.° Nulli diſpliceas.

4.° Nihil unquã de te loquaris, quod laudẽ importet, quantũcunq; ſit familiaris ille, cũ quo loqueris. imò plus labora virtutes celare, quã vitia.

5.° De nullo prorſus ſiniſtrè loquaris, quãtũcũq; ſit verũ vel manifeſtũ, niſi in cõfeſſione, et hoc ubi nõ potes aliter manifeſtare pctm tuum.

6.° Libentiq accõmoda aurẽ tuã cũ aliquis laudatur, quã cũ vituperatur.

7.° Cum loqueris, verba tua ſint rara, vera, ponderosa, et de Deo.

8.° Si ſæcularis loquitur tecũ, et vana proponit, quã citò potes, ſuccide ſermonẽ, et transfer ac te ad ea, q̃ Dei ſunt.

9.° Quicquid cõtingat tibi vel alijs, quãtũcunq cõiuncto, nõ cures; et ſi aduerſum ẽ, nõ triſteris; ſi proſperũ, nõ læteris: ſed totũ nihil puta, et lauda Deum.

10. Solicitudinẽ adhibe, quantũcũq; potes, vt vtilitati tuæ ſedulo intendas.

11.° Fuge loquutoria quantum potes. Melig ẽ n. ſilere, quã loqui.

12.° Post Completoriũ nõ loquaris, quouſq; ſit finita Miſsa ſequentis diei, niſi eãa mxa interue=

nerit,

nerit.

13º. Cum vides aliquid, quod tibi diſplicet, vide ſi hoc ē in te, et abſcinde; Si verò vides aliquid, quod tibi placet, vidē ſi hoc ē in te, et tene: ſi nō eſt, aſſume, et ſic erunt tibi oīa in ſpeculo.

14º. De nulla re murmures cū aliquo (niſi credideris prodeſſe) quantūcūq ſit graue quod habes.

15º. Nunquā pertinaciter aliquid affirmes vel neges, ſed ſint tuæ affirmationes et negationes, dubitationis ſale conditæ.

16º. A cachinnis ſemper abſtineas, ridens verò raro et cum paucis præſtes os tuum.

Secundum autem aſſequeris hoc modo.

1º. Orationibꝫ cū magna deuotione intendas, et eas dicere labora horis debitis: et quod offers in oratione, reminiſcaris in corde. Et vt ea, quæ legis, cōfirmes, diligenter recogita, et eorū imagineris ſtatū, in quorū memoria hæc dixeris.

2º. Iſta tria ſemper in mente habeas; Quid fuiſti, Quid es, et Quid eris? Quid fuiſti; Quia ſperma fœtidū; Quid es? Quia vas ſtercorum. Quid eris? Quia eſca vermium.

3º. Similiter imagineris eorū pœnas, qui ſunt in in-

ferno, et quod nūquā finientur, et pro qua modica delectatione, tanta mala patiuntur.

4°. Similiter imaginaberis gloriā paradisi; et quod nūquā finietur, et quā breuiter et cito acquiritur, et quantus luctus et dolor poterit eē illis, qui pro parua re tantā gloriā amiserint.

5°. Cum habes aliquid quod tibi displicet, vel times habere; cogita quod si tu esses in inferno, et illud, et quid nolles, haberes.

6°. Et cū habes aliquid quod tibi placet, vel optas habere; cogita quod si eēsses in paradiso, haberes illud, et quid velles. Si a. in inferno esses, nec illud, nec aliud quod velles, haberes.

7°. Quandocūq. ē festū alicuius Sancti, cogita de illo quanta sustinuit propter Deū, qa breuia: et qualia adeptus est, quia æterna.

8°. Similiter cogita, quia transeunt bonorū tormēta malorū gaudia. Hi cū istis tormentis adepti sūt gloriā æternā; et isti ex indebitis gaudijs æternā pœnam.

NB. 9°. Quandocūq. te vincit acedia, accipias hoc scriptū, et imagineris hæc oīa diligēter. Et cogita de tempore, quod sic perdis, quod illi, qui in inferno sunt, darent totū mundū, (si haberēt) pro eo.

10. Cum habes aliquas tribulationes, cogita quod illi qui
in paradiſo ſunt, carent iis. Similiter cum habes ali-
quas cõſolationes, cogita illos in inferno, carere eis.

11. Omni die cũ vadis cubitũ, examina diligẽter
quid cogitaſti, et quod dixiſti in die, et quãdo utile
tempus et ſpacium, quod datũ ẽ ad acquirẽdã vi-
tã æternã, diſpenſaſti. Et ſi bene tranſegiſti, lau-
da Deũ: ſi malè vel negligenter, lugeas, et nõ diffe-
ras cõfiteri. Si aliquid cogitaſti, dixiſti, vel fe-
ciſti quod tuã cõſcientiã multũ remordeat, nõ co-
medas antequã cõfitearis.

12. Iſtud in fine pono, ut imagineris duas ciuita-
tes; unã plenã omnibus tormentis, quæ eſt infernus: alte- NB.
rã plenam õi cõſolatione, quæ ẽ paradiſus. Et ad unã
illarũ oportet te currere. Vide quid te poſſit tra-
here ad malũ, vel impedire à bono. Credo quod
nihil inuenies.

Certus ſum, quod ſi benè ſeruaueris ea quæ ſunt hic,
Spiritus S. habitabit in te, et perfectè docebit te face-
re oĩa. Ergo benè ſerues iſta, et nihil negligas.
Et lege ea in ſeptimana bis, ſcilicet in die NB.
Mercurij, et in die Sabbathi; et ut inueneris
te feciſſe quod ſcriptũ eſt, lauda Deũ, qui ẽ
pius et miſericors in ſæcula ſæculorũ bene-
dictus.

Methodus præparandi ſe ad profeſſio=
nem.

Ad omnē actionē ritè peragendā, præparatio atq
diſpoſitio cū primis ē neccria; maxè verò ad ſuſci=
piendā gratiā et dona Dei; nā idcirco Propheta
1-Reg. 7. nos admonet, dicens; Præparate corda vra Do=
mino; Quantò autē opus ipsū maioris eſt
momenti, tantò diligentiorē exigit præpara=
tionem. Ac propterea cū ſolēnis Religioſi pro=
feſſio, qua votis cōceptis ſe Deo ſolēniter obligat,
tanti ponderis ac mōmenti ſit, quanti nulla
alia in Religione aut mundo actio, oportebit eum
omne huc ſtudiū, omnesq cū animi, tū corporis
vires cōferre, vt eā, quo ad fieri potē, perfec=
tiſſimè ad maiorē Dei et Creatoris ſui laudē
et gloriā faciat.

Id a. vt fiat, vna ante diem profeſſionis hebdo=
mada, ab hominū cōſortio et cōgreſſu penitq abſtine=
bit, atq in cella recluſus, oia alia negotia, vt minimum
externa, ſeponet, vt ſanctæ ac neceſſariæ huic præ=
parationi ſe totū liberiq dare valeat.

Tempore ſeceſſus quatuor faciēda ſunt in Cella.

Ibi verò cōſtitutq quatuor hæc aget. 1°. Leget. 2°. Me=
ditabitur. 3°. Ad Confeſſionē generalem ſe parabit.
4°. Mortificationibq ſeu auſteritatibq quibuſdā in ſo=

litio=

litis carnē affliget; idque, cū facultate et cōsen-
su eorū, quorum curæ cōmissus est.

Lectio triū rerū præcipuarū.

Itaq; ad lectionē quod attinet, præter alios li-
bros spirituales, sūma cū attentione leget atq;
examinabit formulā votorū siue promissionū, qui-
bus se Deo obligatus ē: Deinde Regulas et Cō-
stitutiones Ordinis sui: Vitam deniq; primi In-
stitutoris et patriarchæ eiusdē Ordinis. Non abs
re quoq; faceret, si prædictā formulā memoriæ cō-
mendaret, vt ea postea, quoties opus fuerit, in voto-
rū renouatione vti possit.

Meditatio.

Quoad meditationē et orationē, cōmendabit se
totū ex intimo aīi sui sensu Deo, illiusq; gratiam
et cæleste lumē ad cognoscendā vocationem
suā, perficiendamq; sanctissimā eius volūta-
tem, instantissimis precibus flagitabit. Me-
ditationes verò et considerationes ad hunc
scopū maxime accomodatæ sunt eæ, de benefi-
cio vocationis, de votis, de anteacta vita
et peccatis tū in sæculo, tū in Religione ad-
missis.

Confessio generalis.

Præparabit se ad Confessionē generalē vel

de tota anteacta vita, vel vt minimũ ab vl-
tima cõfeſſione generali faciendã; quã poſtea
ſumo cum aĩ dolore et vitæ in meliꝰ cõmu-
tandæ deſiderio abſoluet.

Auſteritas Corporis.

Vt a. oĩa hæc rectiꝰ fiant, adÿciet auſteritates,
mortificationes, et pænitentias nõnullas, corpo-
rales, quarũ ei facultatẽ Superior, cuiꝰ cõſilio
nõ aliter ac Dei Voci obtemperabit, permiſerit.

Meditationes de beneficio Vocaĩs.

Vt beneficÿ vocationis excellentia cognoſcatur, ad
quod Aptꝰ huiꝰmodi verbis nos cõmonefacit; Videte,
inquit, Fratres Vocaem vrãm: poſt inuocatam
ſuppliciter Sprꝰ S. grãm prece aliqua vocali aut mẽ-
tali; quinq; hæc cõſideranda ſunt.

j. Vnde, nimirũ vocatꝰ ſim. 2. Quo. 3. Quomodo.
4. Quando. 5. Quẽ in finẽ. Vnde verſꝰ;

Vnde es, Quò, Quomodo, Quando, Quo fine vocatꝰ,
Religioſe aĩo ſæpe reuolue tuo.

Ad clariorẽ porrò eiꝰdẽ beneficÿ notitiã, nõ parũ
proderit, mente reuoluere, nouẽ S. Bernardi pri-
uilegia ſingularia, quibꝰ Deus quemlibet Religio-
ſum afficit et ornat. Quæ oĩa vide ſuperiꝰ
in priori tractatu fol. 280. et ſequentibꝰ.

medit